

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

---

Michael Cobabus

**Programma Quo Rector Academiae Rostochiensis Michael Cobabus, Theol. D. & Profess. Cives Academicos Ad Gloriosam Christi Resurgentis Victoriam devota mente recolendam, & pie celebrandam Officiose invitat, & serio adhortatur**

Rostochii: Kilius, 1673

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn735987998>

Druck    Freier  Zugang



# PROGRAMMA,

*Quo*

RECTOR

ACADEMIÆ ROSTOCHIENSIS

MICHAEL COBABUS,

Theol. D. & Profess.

Gives Academicos

*Ad*

GLORIOSAM  
CHRISTI RESUR-  
GENTIS VICTORIAM

devotâ mente recolendam,

& piè celebrandam

Officiosè invitat, & seriò ad-  
hortatur.



ROSTOCHII,

Typis, JOHANNIS KILI, Universit. Typogr.  
Anno M. DC. LXXIII.

R.U.-Prof. 1673/a



Loriosus dies est, æternaquæ  
memoria, & celebratione di-  
gnus, quo Dominus gloriæ, su-  
perata morte, & contrito in-  
fernalis serpentis capite, ex  
mortuis resurrexit, & Ecclesia  
Christiana lætissimo pectore  
canit: Salve festa dies toto ve-  
nerabilis ævo, quâ DEUS in-  
fernū vicit, & astra tener. Quamobrem animæ  
Christum sincerè diligenti, atqué in ipso omnem sa-  
lutis spem collocanti nulla solemnitas major, nulla  
dies lætior, quam quæ resurgentem à mortuis Domi-  
num summis laudibus prædicat. Qui enim virtæ, fi-  
deique rationem sic instituit, ut præter Christum  
nihil querat, & amplectatur, quid obsecrò accepti-  
us ipsi possit accidere, quam ut Dominum gloriæ to-  
to pectore celebret, quod cum magna gloria è mor-  
tuis surrexerit, & suis nostrisq; hostibus devictis, in-  
æternum vivat, ac infinita virtute omnia regat, atq;  
gubernet. Licet igitur omnes solemnitates, ait S. Chry-  
ostomus, quæ in Ecclesiis pro DEL honore celebrantur,

sanctæ

Sanctæ sint, & venerabiles, Dominice tamen resurrectionis  
dies præ aliis omnibus festis singulares requirit festivitates.  
Hic dies est iūcū xviā dies dominicus, iūcū uerālī  
dies magnus, quem fecit Dominus, exultemus, & læ-  
temur in eo. Hoc die Christo resurgenti nolle since-  
ro pectore congratulari, plus quam belluina foret  
immanitatis, ac socordiæ. Nam primum, & præci-  
puum argumentum nostræ resurrectionis, est Chri-  
sti gloriosa resurreccio. Si enim mortui non resur-  
gerent, Christus non esset factus primitiæ dormien-  
tiū; nunc autem, inquit Apostolus cap. 15. 1. ad Cor.  
Christus à mortuis surrexit, & primitiæ dormientium  
factus est, quoniam per hominem mors, & per homi-  
nem resurreccio mortuorum. Quemadmodum e-  
nim per Adamum omnes moriuntur, ita per Christum  
omnes vivificabuntur. Nam ipse habet claves mor-  
tis Apoc. I. v. 18. Ipsius vocem audient omnes, qui in  
monumentis sunt, quando hora illa veniet Joh. V. v. 28.  
Ipse est Dominus vivorum, & mortuorum ad Rom.  
XIV. v. 15. & Rex gloriæ, qui in consumatione hujus  
seculi regnum tradet DEO, ac Patri, & evanescere fa-  
ciet omne imperium, omnemq; potestatem, & virtu-  
tem. Traditio autem regni, ait Hilarius, non est amissio,  
quod ex ipsius Christi verbis probatur, ait enim, omnia  
michi tradita sunt à Patre meo. Ergo, si dedisse caruisse  
est, Pater quoq; iis caruit, qui dedit; sed Pater tradendo  
non caret, igitur nec filius intelligi potest cariturus his, qua  
Patri tradit. Tradere ergo regnum DEO & Patri

(2)

est

est eo modo non amplius regnare, quo nunc regnat in  
medio hostium; Sed perducere electos ad contemplationem DEI & Patris, & ostendere modum illum regnandi per verbi ministerium desisse, fidelesq; sistere Patri cælesti planè liberatos ab omnibus malis, ut sint,  
ubi Christus est, & victoriâ reportatâ ejus videant claritatem. Justos, sribit Augustinus, in quibus fide videntibus nunc regnat Christus, perducturus est ad speciem,  
quam idem Apostolus vocat, visionem a facie ad faciem.  
Ita dictum est cum tradiderit regnum DEO & Patri, ac  
si diceretur, cum perduxerit credentes ad contemplationem  
DEI ac Patris. Quando igitur Apostolus dicit: deinde erit finis, cum tradiderit regnum DEO & Patri, non loquitur de fine regni Christi, sed de fine mundi.  
Quomodo, inquit Ambrosius, tradens regnum Filius evacuare se crederetur, cum dicat Angelus ad Mariam: Et dabit illi Dominus Deus sedem Patris sui, Et regnabit in  
Domo Jacob in eternum, Et regni ejus non erit finis; Et  
Daniel de eodem regno dicit inter cetera: DEUS cali excitabit aliud regnum, quod nunquam corruptitur, Et hoc  
regnum eternum erit, nemo igitur dubitat, filium semper  
regnaturum cum Patre. Si queritur, quid sibi velit,  
quod ait Apostolus, oportet illum regnare, donec  
ponat omnes inimicos sub pedibus ejus? num quid tamdiu regnaturus est Dominus, donec incipiatur esse  
inimici sub pedibus ejus, & postquam illi sub pedibus fuerint? respondet Hieronymus, quod tum magis  
regnare incipiet, cum inimici cuperunt esse sub pedibus. Tum  
enim

Enim manifestum fieri omnibus, quod Christo secundum humanam naturam subjecta sint omnia. Cum autem subjecta ei fuerint omnia, tunc & ipse filius subjicietur ei, qui subjicit ipsi omnia, ut DEUS sit omnia in omnibus: non autem Apostolus dicit, quod tum demum Christus ratione humanae naturae subjicietur DEO, quando traditio regni est facta, & hostes omnes sunt deleti, sed quod subjectionem illam, quam juxta humanam naturam antea DEO subjectus fuit, continuabit, & in Augusto Angelorum, omniumque beatorum conspectu manifestabit. Tunc, scribit Theodoretus, id est, etiam in magno illo triumpho Christus ratione humana natura erit Patri subjectus: & Augustinus: Apostolus dicit, tunc Patri filium subjectum futurum, ut DEUS sit omnia, non tantum in illius forma hominis Christi, sed in omnibus, id est, ut ad habendam vitam, & satiandum in bonis desiderium nostrum natura Divina sufficiat, tum enim DEUS erit omnia in omnibus, cum prater ipsum nihil omnino velle babere cuperimus, omnia quippe ipse nobis erit, quando ipso sufficiente nihil decerit. DEUS igitur in electis erit omnia, id est, vice rerum omnium erit ipse nostra vita, salus, virtus, copia, gloria, pax, omnia bona, finis, & satietas desideriorum nostrorum. Sed dicet aliquis, quomodo resurgent mortui, & partes carnis corruptae colligirursum, & redintegrari possunt in unum corpus, nam caro putrescens dissolvitur & in pulverem vertitur? Huic responderet Apostolus per Πτιπλεζην, & eo modo argumentantem vocat stultum, nam cuilibet notum est, quod granum tritici, vel alicujus ex reliquis seminibus non vivificetur, nisi corruptum fuerit. Qui itaque unicuique semini proprium potest dare corpus, idem etiam in novissimo die corpora nostra e pulvere terrae producere potest, optimaque novit, quo pacto suum opus dissolutum rursus concinnet, si sapientia opus est, ipse est sapientiae fons, si potentia, & viribus, nullo indiget socio & adjutore. Neque resurrectionis mortuorum principium cognoscendi

scendi est humana ratio ; sed divina revelatio. Nam ecce , in-  
quit Apostolus , mysterium vobis dico , ut ostendat doctrinam  
de resurrectione non cognosci ex lumine naturæ , neq; rationi-  
bus Philosophicis demonstrari , sed esse fidei sublimem articu-  
lum , qui humanæ rationis captum multūm transcendent. Si  
non prædicaretur Christus am mortuis resurrexisse , tum diceret  
aliquis , quomodo resurgent mortui: Si autem , ait Apostolus ,  
Christus prædicatur à mortuis resurrexisse , quomodo dicunt  
quidam inter vos , non esse resurrectionem mortuorum?  
Nam si Christus resurrexit , etiam mortui resurgent : si verò  
mortuorum resurrectio non est , neque Christus resurrexit? si  
autem Christus non resurrexit , inanis erit prædicatio nostra , i-  
nanis & fides nostra. Sed omissis aliis fundamentis , quibus  
nostra resurrectio è Scriptura veteris , & novi Testamenti pro-  
batur , maximè optandum foret , ut Christiani non ore exter-  
no tantùm , sed etiam corde , & sincero pietatis affectu hisce-  
diebus solemnibus , imò non istis duntaxat , sed omnivitæ tem-  
pore Christum autorem vitæ summis laudibus celebrarent .  
Qui enim ipsi verè applaudunt , & de resurrectione à mortuis  
sincero pectore gratulantur , illi ad eam evehuntur gloriam ,  
& dignitatem , ut fratres ipsius Christi appellantur , & tales re-  
verasint , si in ipsum absque hypoerisi credunt , ac ex ipsius mor-  
te , ac gloriosa resurrectione æternam salutem sibi constanti a-  
nimo pollicentur. Nam qui facit Patris meicælestis volunta-  
tem , inquit ipse Christus , hic est meus frater , quod ipsum eti-  
am prima illa Servatoris redivivi concio luculentissimè expri-  
mit. Vade , & annuncia fratribus meis , ascendo ad Patrem  
meum , & Patrem vestrum , ad DEUM meum , & DEUM ve-  
strum. Quid autem mirabilius dici , & excogitari potest , quām  
hominem fidelem , & in conspectu filiorum hujus seculi , mi-  
serum , & abjectum , illius Domini , qui debellatis , fusis , fu-  
gatisq; , imò prorsus substratis omnibus nostris hostibus , ex  
morte


Morte gloriōsē sua virtute resurrexit, omniaquē gubernat, fratrem spiritualem esse, & appellari? Nullius profecto hominis tanta est vis ingenii, ut fraternitatis hujus splendorem, & amplitudinem, non dico verbis satis dignē amplificare; sed vel cogitando saltē assequi valeat. Quemadmodum autem nemo suā virtute, & merito hanc fraternitatem sibi comparavit; ita infirmus fide ob suam indignitatem ea non privabitur, modò Christo fratri constanter adhæreat, & ab illo sese separari non patiatur. Hic ideo mortem oppetiit, ut indignitatis nostrae labem elueret, atque ideo à mortuis surrexit, ut fraternitatis hujus nobilitatem omnibus fidelibus savissimè conserret. Cujus sublimitas, cives Academicī, vos officii vestri admonere debet, ut festum resurrectionis Domini celebretis non in fermento nequitiae & malitiæ; sed in azymis sinceritatis, & veritatis. Quid enim vobis prodest, Christum à mortuis resurrexisse, omnesquē hostes spirituales infinita virtute superasse, si in peccatis permaneatis, mundo & pravæ concupiscentiæ serviatis, DEUM offendere non vereamini, conscientiam vestram saucietis, proximum lædatis, & calumniis proscindatis, non cogitantes, horam jam instare, quā de unoquoque verbo inutili reddenda est ratio Domino nostro JESU CHRISTO in conspectu omnium beatorum? Quid refert de fraternitate, favore, & clementia Christi gloriarī, si ingratitudine, inobedientia, sermonis spurcitie, aliisque flagitiis pias admonitiones negligitis, violatis, & pedibus quasi conculcatis? Quid juvat in ecclesia visibili nomen suum profiteri in Christianis, & externa fidei professione, à sacramentorum communione veris Christi fratribus sese associare, peccata autem manifesta agnoscere nolle. Tantum enim abest, ut illi, qui vivunt sine legis, & ira Divinæ ad versus peccata

cata manifesta sensu, sint Christi fratres, & haeredes Dei, ut  
etiam sint filii fræ, qui à prava concupiscentia vici in den-  
sissimis tenebris spiritualiter captivi tenentur. Nam  
veri fratres Christi voluntatem DEI faciunt, & non tan-  
tum cum Christo moriuntur, sed etiam resurgunt, ac o-  
mni vanitate spreta, quæ sursum sunt querunt, ubi  
Christus est ad dextram Patris sedens. Nisi igitur frater-  
nitatis Christi nuncium remisisse videri velitis, agite cives  
Academici, imitemini mulieres Christum querentes, &  
ipsorum exemplo moniti ipsum querite non inter mortu-  
os, eos videlicet, qui scelerum, vitiorumque somno sepul-  
ti à mortuis parum distant; sed inter vivos, eos nimirum  
qui, excusso securitatis veterno, manè cum mulieribus  
sepulcrum Christi adeunt, id est magna cum alacritate  
Christum querunt in verbo & sacramentis. Moveant  
vos ingentia, & plurima pericula ecclesiam Christi, &  
respublicas Christianas circum strepentia, ut animos ve-  
stros debita cum humilitate, & reverentia ad DEum  
dirigatis, & ab eo submissè petatis, qui per Spiritum S.  
& verbi ministerium peccatores ad seriam pænitentiam  
flectat, & poenas ingruentes clementissimè mi-  
tiger, neq; belli laxiti omnia vastari, &  
deleri patiatur.

P.P. sub sigillo Rectoratus, die XXX. Mart. Anno 1673.



morte gloriōsē sua virtute resurrexit, con-  
 nat, fratrem spiritualem esse, & appellari  
 cōdō hominis tanta est vis ingenii, ut fra-  
 splendorem, & amplitudinem, noti dic-  
 gnē amplificare; sed vel cogitando salte-  
 Quemadmodum autem nemo suā virtutē  
 fraternitatem sibi comparavit; ita infirm  
 indignitatem ea non privabitur, modō C  
 stanter adhāreat, & ab illo sese separari  
 ideo mortem oppetiit, ut indignitatis no-  
 ret, atque ideo à mortuis surrexit, ut se  
 nobilitatem omnibus fidelibus svavissim  
 ius sublimitas, cives Academicī, vos offici  
 deber, ut festum resurrectionis Domini  
 in fermento nequitiæ & malitiæ; sed in  
 tis, & veritatis. Quid enim vobis pro  
 mortuis resurrexisse, omnesquē hostes si  
 virtute superasse, si in peccatis perman-  
 pravae concupiscentiae serviatis, DEUM  
 vereamini, conscientiam vestram sauci-  
 ledatis, & calumniis proscindatis, non  
 ram jam instare, quā de unoquoque vert  
 da eſtratio Domino nostro JESU CHRIS-  
 omnium beatorum? Quid refert de fr  
 ē, & clementia Christi gloriarī, si ing  
 bedientia, sermonis spurcitie, aliisque fla  
 ntiones negligitis, violatis, & pedibus q  
 Quid juvat in ecclesia visibili nomen su  
 Christianis, & externa fidei professione, a  
 communione veris Christi fratribus sese  
 ta autem manifesta agnoscere nolle. Ta  
 ut illi, qui vivunt sine legi, & ira Divi



uber-  
 rofe-  
 ujus  
 is di-  
 leat.  
 hanc  
 iam  
 con-  
 . Hic  
 elue-  
 ujus  
 Cu-  
 nere  
 non  
 erita-  
 um à  
 finita  
 do &  
 non  
 um  
 , ho-  
 lden-  
 pectu  
 favo-  
 ino-  
 dmo-  
 catis?  
 i in-  
 orum  
 ecca-  
 best,  
 pec-  
 cata,